

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

Beatus Maximus episcopus: Sermo zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

su tantus processus extitit  
 ut ad salutationem mariae  
 exultaret infans in utero. re-  
 pleretur spu sco mater infan-  
 tis. quantum putamus usu-  
 tanti temporis scae mariae  
 addidisse praesentiam.  
 Mansit autem maria cum illa  
 mensibus tribus. Ungebat  
 itaq. et quasi bonus athlaeta  
 exercebatur in utero matris  
 pphaeta. Amplissimo enim  
 uirtus eius certamine paraba-  
 tur. Deniq. tam diu mansit  
 maria. quadiu elisabeth pa-  
 riendi tempus impleret.  
 Quod si diligenter aduertis.  
 inuenies hoc nusquam posi-  
 tum. nisi in generatione iusto-  
 rum. Deniq. impleti sunt di-  
 es. ut pareret maria. impleti  
 est tempus ut pareret elisabeth.  
 Impleti sunt uitaes tempus. cu  
 sci uiri ex hoc uitaes curriculo

demigrarent. Plenitudine  
 iusti. uita habet. Inanes aut  
 dies sunt impiorum.

**I N S C I . A N G E L I .**  
**L E C . S C I . E U . S E C . M A T H .**

**I**n illo temp. Accesserunt dis-  
 cipuli ad ihm dicentes. Quis  
 putas maior est in regno cae-  
 lorum. Et aduocans ihc par-  
 uulum. statuit eum in medio  
 eorum et dixit. Amen dico uo-  
 bis. nisi conuersi fueritis et ef-  
 ficiamini sicut paruuli. non  
 intrabitis in regnum caelo-  
 rum. Et reliqua.

**S E R M O . B E A T I**  
**M A X I M I . E P I .**  
**D E I I N D I M .**  
**L E C T I O N E .**

**S** I D I L I G E N-  
 T E R A U D I S T I S  
 e u a n g e l i c a m l e c t i  
 o n e m . i n t e l l e g e r e

potestis. quia ministris ac  
sacerdotibus di reuerentia  
debeatur. uel quia ipsos cle-  
ricos inuicem humilitate se  
oporteat praeuenire. At  
enim dñs per sanctantibus  
discipulis. quis eorum in re-  
gno caelorum maior esse  
futurus. statuto coram om-  
nibus puerulo. Quicumq;  
humiliauerit se sicut puer  
iste. hic maior erit in regno  
caelorum. Unde intellegi-  
mus. quod humilitate per-  
uenitur ad regnum. simpli-  
citate penetratur ad caelū.

X.

Quisq; ergo cupit diuinitatis  
diuinitatis tenere uestigia.

Quicumq; uult fratrem prae-  
uenire regnando. prius illū  
praeueniat obsequendo.

Sicut ait apostolus. honore  
in uicem praeuenientes.

Uincat eum officus. ut possit uin-  
cere sc̄itate. Si enim te non  
laesit fratris obsequium. me-  
retur ut diligas. Quod si forsi-  
tan laesit. magis obsequium  
meretur ut uincas. Haec eni-  
nrae xp̄ianitatis est summa.  
ut amantibus uicissitudinem.  
Laedentibus patientiam re-  
pendamus. Qui ergo fuerit  
patientior ad iniuriam. po-  
tentior constituetur in regno.

Non enim ad imperium caelorum  
peruenitur superbia diuiti-  
is. praefectura. sed humilitate  
pauperie. lenitate. Arta eni-  
uia est et angusta. quaeducit  
ad regnum. Quisquis ergo  
honoribus inflatus fuerit.  
et auri thesauris dilatatus.  
tamquam onustum et impe-  
ditum animal. per angustū  
regni iter transire non pote-  
rit. Simul etiam ut se aesti-

XI.

mat peruenisse. sed sarcinam  
 eius exigua porta non capiens.  
 repertussa limine retrorsum  
 redire cogetur. Tamenim  
 angusta est diuiti porta cae-  
 lestis. quam est camelo acus  
 foramen exiguum. Unde ait  
 dñs. Facilius est camelum  
 per foramen acus transire.  
 quam diuitem in regnum cae-  
 lorum. Sicut enim camelū  
 animal tortuosum atq. defor-  
 me. exigua cauerna praeter-  
 ire non patitur. Ita et diuitē  
 auarum atq. mendacem. arca  
 caeli ianua minime intrare  
 permittit. Nam ideo nudi  
 in saeculo nascimur. nudi etiā  
 accedimus ad lauacrum. ut  
 nudi quoq. et expediti ad cae-  
 li ianuam properemus.

Quā autem incongruum et ab **xii.**  
 surdum est. ut quem nudum  
 mater genuit. nudum susci-

pit ecclesia. diues intrare ue-  
 lit in caelum. Propterea ado-  
 lescenti illi diuiti in euangelio  
 a saluatore dicitur. quis tibi  
 iustus uidebatur et sc̄s. et  
 omnia mandata legis com-  
 plesse. si uis perfectus esse.  
 uende omnia tua. et da pau-  
 peribus. Usq. adeo enim.  
 nuda uirtus apta caelo est.  
 ut quamuis iustus. quamuis  
 sc̄s. aurum uel diuitias pos-  
 sidens. non possit esse perfe-  
 ctus. Talem enim uoluit ado-  
 lescentem illum dñs ad para-  
 dysum redire. qualis adam  
 fuerat de paradysi sublimita-  
 te deiectus. Nudus enim  
 adam incola paradysi fuit.  
 deniq. post peccatum nudita-  
 tem suam peruidens. folio  
 pudenda contexit. Prius  
 enim quam peccaret. hone-  
 statis erat calore uestitus.


atq. ideo nuditatem inhonestam non natura instituit. sed delicti reatus inuenit. Nam et sc̄i angeli in splendidissimo habitu constituti. numquid tunicis operiuntur et palliis. sed cum sit in illis natiuitatis suae nuda substantia. uestiti uidentur esse quod sc̄i sunt. Sic igitur et adam custodiens angelicae honestatis dignitatem. erat quidem nudus mundanis uestibus. sed immortalitatis erat splendore uestitus. Nil prauum respiciebant eius oculi. non cor eius turpe aliquid cogitabat. Erat apud honestas mentes. nuditas ipsa uestita. Sicut enim apud nequam homines turpis cogitatio a concupiscentia uestibus non ardetur. Ita apud sc̄os uiros honesta

simplicitas ad concupiscendum nuditate non trahitur. Sed sicut uitiosis ad corruptelam nuda sunt omnia. Ita religiosi ad castimoniam operta sunt uniuersa. Quid autem ait euangelica lectio. Qui scandali-  
zauerit unum de pusillis istis qui in me credunt. expedite ut suspendatur mola asinaria in collo eius. et mergatur in profundum maris. Pusillos hic non aetate pueros. sed malicia paruulos dicit. sicut ait apostolus. Malitia paruuli estote. ut sensibus perfecti sitis. Qui sunt isti. nisi clerici idonei. et monachi religiosi. uel laici. Quisq. igitur his in reuerens aut contumeliosus extiterit. hac beluina pena plectetur. ut in formi saxo religato illi ad collum praecipitetur in mare. Sed uide

amus cur scandalizantibus  
 xpianos ista poena decreta sit  
 aut quid sibi uelit ipsa senten-  
 tia. Puto enim illam aliquod  
 mysterium continere. Quasi  
 uero non sufficeret in mare ho-  
 mini demergendo saxum qua-  
 lectumque non magnum aut  
 enorme. sed mola asinariae  
 lapis ei religetur ad collum.  
 ut cum perituro homine.  
 pereat res usui necessaria.  
 Sed puto hoc magis esse quod  
 in scripturis asini figura po-  
 pulus gentilium nuncupa-  
 tur. qui clausis oculis circa  
 ignorantiae molam erroris  
 sui giro pertrahitur. et sine  
 ulla cursus directione uesti-  
 gis in se saepe redeuntibus.  
 in utroque usui laborat alieno.  
 Nonne enim tibi uidetur mo-  
 lam asinariam uoluerit gen-  
 tilis populus. quam diu in im-

peritiae suae labore uersat.  
 Naturae quidem uinculis alli-  
 gatus ut uerbum di motat  
 omni caeli quaerit. sed opere  
 mentis caecitate perfusus.  
 uultum animi erigere ad dm  
 cordis oculos leuare non pos-  
 sit ad caelum. Sed quoniam  
 mola asinaria saxum esse con-  
 stat. uideamus si et pagano-  
 rum talis est mola. Talis est  
 plane. saxea enim est mola  
 paganorum. iuppiter hercu-  
 lesque lapideus. circa quos  
 caecis oculis frequenti errore  
 circumeunt. Caecos inquam  
 dixerim eorum oculos qui  
 putant se uidere quod non  
 uident. Aspicientes enim sa-  
 xum. dm se uidere confidunt.  
 At tamen qui uoluit molam  
 consummandi aliquando fi-  
 nem operis habet. exuendi  
 spem gerit laboris. Cui uero

at. suffusus



in mola asinaria a teo illum  
suspenditur. portat lapidē  
qui portare debuerat iugū  
dñi. Asinus ergo ad mola  
caecus ad lapidem. gentilis  
ad saxum qui adorat eum  
quem non uidet nec agno  
scit. Os enim non in manu  
factis habitat. nec in metallo  
aut saxo cognoscitur. Hic  
ergo gentilis populus cum  
persecutionem xp̄i ano intu  
lerit. hac poena plectitur  
ut cum sua sacrilega mola  
iudicandi saeculi fluctibus  
dimergetur.

SERMO IN FE

STIUITATE

OMNIUM SCOR



HODIE

DILECTISSIMI.

OMNIUM SCOR

sub una sollemnitate laetitia  
celebramus festiuitatem.  
Quorum societate caelum exul  
tat. quorum patrocinus ter  
ra laetatur. quorum trium  
phis ecclesia coronatur.  
Quorum confessio quanto in  
passione fortior. tanto est cla  
rior in honore. Quia dum cre  
uit pugna. creuit et pugnan  
tium gloria. Et martyrum  
triumphus. multiplica passi  
onum genere adornatur.  
perq. grauiora tormenta.  
gratiora fuere et praemia.  
Cum catholica mater ecclesia.  
per totum orbem longe lateq.  
diffusa. in ipso capite suo xpo  
ihu edocta. contumelias. cru  
ces. et mortem non timere.  
magis magisq. roborata est.  
non resistendo sed perferen  
do. Uniuersos autem. quos  
agmine inclito carcer poena